


Sigismundus I. Rex Polonia
Clementi Papa VII.

Sanctissime in Christo Pater et domine
domine clementissime.

140
Post humilem meum regniq[ue] et do-
miniorum meorum commendationem et osu-
la pedum beatorum, ingentes ago et habeo
sanctitati vestre gratias, quod ad postu-
lata petitionemq[ue] meam suscipere et
designare dignata sit Sanctitas vestra
in penitentiarium minorem Ilirica et
Polonica lingue doctorem Stanislaum
subditum nostrum, virum proculdubio pro-
bum et eruditum, et qui pro laude istius
sanctae sedis apostolicae, et decore regni
mei, hoc munere fungi facile possit,
quem equidem sanctitatis vestrae pa-
ternam amorem et singularem in me
benivolentiam cum plurimis ceteris
in me collatis beneficijs diligentissime
studio, et in sanctam sedem apostoli-
cam observantia ille bene mereri, ac
cum ipsum quidem doctorem Stanislaum
Sanctitati Vestrae iterum commendo,
illique supplico, ut ea, quae nomine meo
istic cum reverendissimo domino Cardi-
nali regni mei Protectore aget, beni-
gna aures et attentione excipere, et dein-
ceps etiam in ip[s]o, quae illi agenda commi-
sero, clementem se et piam illi prestare

Dignetur


• Signetur, quo me et regnum meum sibi
sedique sancte sue perpetuè devine;
et sanctitas vestra, cui ego felicissimos
quosque successus exopto, et in longissi-
ma tempora cum toto ordine reveren-
dissimorum dominorum Cardinalium et
aliorum Pontificum, et sacerdotum
suorum optime sanam esse et incolumè
vehementer desidero. Datum etc. ~